

quippe iherant Evangelii predicandi grati. Nisi Jacobum fratrem, id est, consobrinnm Domini, quippe filium Marice uxoris Cleophae que soror erat B. Marice Virginis. Perperam falso Ambrosius dicit eum fuisse filium Iosephi, et ideo dictum fratrem Domini. D. Hieronymus, cap. 8, contra Helvidium, docet sanctum Ioseph fuisse virginem ante et post matrimonium cum Mariâ matre Domini.

VERS. 20. — QUAE AUTEM SCRIBO... Haec omnia, quia magni momenti et Galatis creditu necessaria, sub juramento affirmat, ut credant quod revera sit apostolus Christi, et ab ipso edoctus.

VERS. 21. — DEINDE VENI IN PARTES SYRIAE... Ergo

Hebraei enim cognatos vocant fratres. Fuit enim hic Jacobus Alphaei, filius Marice uxoris Cleophae, unus est duodecim apostolis, primus episcopus Hierosolymorum, unde et in primo concilio Hierosolymitano primus post Petrum sententiam dixit, Act. 15. Hujus Jacobo extat Epistola canonica. Ita Chrysost., Theoph., Anselm.

VERS. 20. — Quae autem scribo vobis, etc. Ecce autem coram Deo dico et declaro, quia non mentor quae vobis scribo; q. d. : Deum, ut presentem et omnia videntem, testem adduco quod nihil horum confinxerim.

VERS. 21. — Deinde veni, etc.; id est, post quindecim dies quibus mansi Hierosolymae. Tarsus enim urbs erat Ciliciae, Pauli patria, quemadmodum ipse testatur, Act. 22.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1^a Nota quod in hoc capite D. Paulus, salutarum animarum zelo pressus, totus est in stabilenda apostolatui sui contra pseudoapostolorum calumnias, auctoritate; contra in purganda etiam minima suspitione de legitima sua missione, totus et in manifestanda intentionum suarum rectitudine, v. 10 : *An quero hominibus placere?*

Hinc discat omnis praetator, pastor, doctor, conciator evangelicus, quilibet salutarum animarum minister, omnem, etiam minimam, de sua auctoritate, missione, doctrina, suspensionem purgare, ino et studet operibus et verbis intentionum suarum rectitudinem declarare. Pateat omnibus auctoritas ejus legitima; quod non sit intrusus vi, dolo, hominum favore, ab hominibus, et per homines solos; pateat ejus missio ab hominibus legitimam auctoritatem habentibus; pateat ejus doctrinae puritas, et cum evangelica doctrina conformitas; pateat et, quantum fas est, intentionum illius rectitudo; quod non sua querat, sed Dei gloriam, et salutem animarum. Haec enim necessaria in Evangelii ministro, ut in Ecclesia Dei fructificet.

2^a In hoc eodem capite nota stupendum divinae gratiae miraculum. Paulus Judaeus, infensus Christianorum hostis et furens persecutor, divina Christi gratia fit quasi in momento Christianus et ardens Evangelii praedicator. Ut hoc miraculum melius agnoscat, advertet ex v. 13 et 14 quot erant in Paulo obstacula gratiae; ejus in Judaismo nativitas, educatio, conti-

in nulla Judaeae regione aut urbe immoratus, ubi christianam edoceret religionem.

VERS. 22. — ERAM AUTEM IGNOTUS FACIE... Ergo falso dicunt pseudo-apostoli quod apud Judaeos docuerim necessitatem circumcisionis et legis suscipienda.

VERS. 23, 24. — TANTUM AUTEM AUDIEM... Vide paraphrasim.

ET IN ME CLARIFICABANT DEUM, id est, glorificabant, seu ex me subebant occasionem Deum laudandi, qui me ex lupo fecit pastorem et pastoris officium gerentem.

VERS. 22. — Eram autem ignotus facie ecclesiae Judaeae, etc. Secundum faciem non viderant me christiani qui erant in Judaea.

VERS. 23. — Tantum autem auditum habebant, id est, auditu et fama cognoverant, rumor hujusmodi ferebatur ad eos à dicentibus :

Quoniam qui persequatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; id est, vastabat. Vastabat autem et expugnabat fidem, quia Christi fidelibus fidem extorquebat persequendo nitentur.

VERS. 24. — Et in me clarificabant Deum. Graeco, glorificabant. Ambrosius legit, magnificabant. In me, dixi pro eo quod est, de me. Sensus, vel propter me. Gloriam meae conversionis Deo tribucent.

nus in Judaica religione supra suos coetaneos progressus, et ob id illius inter Judaeos illustris fama et existimatio. Adde, et illius ardens antiquae religionis zelus, odium in novam, et in Ecclesiam christianam furor, denique declarata et omnibus nota in illam persecutio.

Quam potens igitur et efficax Christi gratia, quae haec omnia simul in Paulo vincens ex saevo persecutore fecit ardentem praedicatorem, ex Judaismi defensore fecit Evangelii apostolum zelatissimum. Vocavit eum Christus exteriori et interiori voce, animam ejus caelesti lumine illustravit, cor divinis motibus immutavit, et statim Saulus, spirans minarum et caedis in Christi discipulos, fit ipse discipulus et apostolus Christi : *Domine, quid me vis facere?*

Hoc miraculum mirare, reverere, et ob illud, quia tui quidem Ecclesiae, at praecipue gentibus utile, tu naturam gentibus Deo gratias age; hujus potentis gratiae auxilium implora, ut omnia in te salutis obstacula vincat, et ex tepido faciat ardentem Christi discipulum. In hac gratia confide, haecque fretus de tua salute nunquam non spera.

3^a Nota quod Paulus à Christo vocatus obediit, nullo mortali consulto. Sic quilibet Christianus à Christo vocatus obediat, inconsultis carne et sanguine, seu parentibus, seu amicis carnalibus. Deum sequatur vocantem, seu ad statum religiosum, seu ad evangelicam perfectionem. De hoc, sanctorum Patrum testimonia vide apud Cornelium à Lapide.

CAPUT II.

1. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendit Hierosolymam cum Barnabâ, assumpto et Tito.

2. Ascendi autem secundum revelationem; et contuli cum illis Evangelium quod praedico in gentibus, seorsim autem his qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum currissem, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi;

4. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitute redigerent;

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos;

6. Ab his autem, qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerunt, nihil meâ interest; Deus personam hominis non accipit) : mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

7. Sed est contra eam vidensent quod creditum est mihi Evangelium praepitum, sicut et Petro circumcisions.

8. (Qui enim operatus est Petro in apostolatuum circumcisions, operatus est et mihi inter gentes);

9. Et cum cognovissent gratiam quae data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnae esse, dextras dederunt mihi et Barnabae societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionsem :

10. Tantum ut pauperum memores essemus; quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum facere.

11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

12. Prius enim quam veniret quidam à Jacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahabat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisionsem erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judaei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephae coram omnibus : Si tu, cum Judaeus sis, gentiliter vivis, et non Judaice, quomodo gentes cogis judicare?

15. Nos naturâ Judaei, et non ex gentibus peccatores.

16. Sciens autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi; et non ex operibus legis : propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro.

17. Quod si quaerentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit.

18. Si enim quae destruxi, iterum haec aedifico, pravaicatore me constituo.

19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam : Christus confusus sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide

CHAPITRE II.

1. Quatorze ans après, j'allai de nouveau à Jérusalem avec Barnabé, et je pris aussi Tito avec moi.

2. Or j'y allai suivant une révélation; et j'exposai aux fidèles, et en particulier à ceux qui paraissent les plus considérables, l'Évangile que je prêchais parmi les gentils, afin de ne pas perdre le fruit de ce que j'avais déjà fait ou de ce que je devais faire dans le cours de mon ministère.

3. Mais on n'obligea point Tito, que j'avais amené avec moi, et qui était gentil, de se faire circoncire.

4. Et la considération des faux frères qui s'étaient introduits par surprise dans l'Église, et qui s'étaient secrètement glissés parmi nous pour observer la liberté que nous avons en Jésus-Christ, et pour nous réduire en servitude.

5. Ne nous porta pas à leur céder même pour un moment, et nous refusâmes de nous assujétir à ce qu'ils voulaient, afin que la vérité de l'Évangile demeurât parmi vous.

6. Aussi ceux qui paraissent les plus considérables (je ne m'arrête pas à ce qu'ils ont été autrefois, Dieu n'a point égard à la qualité des personnes), ceux, dis-je, qui paraissent les plus considérables ne m'ont rien appris de nouveau.

7. Mais, au contraire, ayant reconnu que la charge de prêcher l'Évangile aux incircués m'avait été donnée, comme à Pierre celle de le prêcher aux circoncis.

8. (Car celui qui a agi efficacement dans Pierre pour le rendre apôtre des circoncis, a aussi agi efficacement en moi pour me rendre apôtre des gentils);

9. Ceux, dis-je, qui paraissent comme les colonnes de l'Église, Jacques, Céphas, et Jean, ayant reconnu la grâce que j'avais reçue, nous donnèrent la main, à Barnabé et à moi, pour marque de la société et de l'union qui était entre eux et nous, afin que nous prêchassions l'Évangile aux gentils, et eux aux circoncis.

10. Ils nous recommandèrent seulement de nous ressouvenir des pauvres, ce que j'ai eu aussi grand soin de faire.

11. Or, Céphas étant venu à Antioche, je lui résistai en face, parce qu'il était répréhensible.

12. Car, avant que quelques uns qui venaient de la part de Jacques fussent arrivés, il mangeait avec les gentils; mais après leur arrivée il se retira secrètement et se sépara d'avec les gentils, craignant de scandaliser les circoncis.

13. Les autres Juifs usèrent comme lui de cette dissimulation, et Barnabé même s'y laissa aussi entraîner.

14. Mais quand je vis qu'ils ne marchaient pas droit selon la vérité de l'Évangile, je dis à Céphas devant tout le monde : Si vous, qui êtes Juif, viviez à la manière des gentils, et non pas à celle des Juifs, pourquoi contraignez-vous les gentils de judaïser?

15. Nous sommes Juifs par notre naissance, et non du nombre des gentils, qui sont des pécheurs.

16. Cependant, sachant que l'homme n'est point justifié par les œuvres de la loi, mais par la foi en Jésus-Christ, nous avons nous-mêmes cru en Jésus-Christ, afin d'être justifiés par la foi que nous aurions en lui, et non par les œuvres de la loi, parce que nul homme ne sera justifié par les œuvres de la loi.

17. Que si, en cherchant à être justifiés par Jésus-Christ, il se trouvait que nous fussions nous-mêmes des pécheurs, Jésus-Christ ne serait-il pas ministre du péché? A Dieu ne plaise!

18. Car si je rétablissais de nouveau ce que j'ai détruit, je me rendrais moi-même prévaricateur.

19. Mais je suis mort à la loi, par la loi même, afin que je ne vive plus que pour Dieu. J'ai été crucifié avec Jésus-Christ.

20. Et je vis, ou plutôt ce n'est plus moi qui vis, mais c'est Jésus-Christ qui vit en moi. Car si je vis

vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

21. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

ANALYSIS.

In hoc capite, ut aliam refutet pseudo-apostolorum calumniam dicentium quod Paulus alia doceat quam apostoli, ostendit Paulus doctrinam suam apostolorum doctrinae esse conformem et ab apostolis approbatam. Hoc ostensurus, exponit primò quomodo et cur Jerosolymam iterum redierit, nimirum de legalium observatione acturus in concilio de quo Act. 15. Exponit secundo quomodo tunc cum Jerosolymitanis, et praesertim cum primariis apostolis contulerit, horumque examini suam Evangelium submitserit. Hisque positus, doctrinam suam in hoc concilio approbatam fuisse probat, primò exemplo Titii qui, licet gentilis et incircumcisus, non fuit tamen compulsus ad circumcisionem suscipiendam, quamvis multi falsi fratres id instanter postularent. Probat secundo ex eo quod apostoli suo Pauli Evangelio nihil contulerunt, nec quidquam addiderunt, nec ademerunt. Probat tertio, quia è contra illud per omnia sic approbarent ut dex-

PARAPHRASIS.

1. Deinde postquam per annos quatuordecim Evangelium gentibus predicasset, iterum ascendit Jerosolymam cum Barnabà et Tito sociis meis.

2. Ascendi autem divino monitus oraculo, ut delegationem ab Antiochenis mihi delatam susciperem ad apostolos, et hæc occasione Evangelium meum publicè quidem contuli cum fidelibus Jerosolymitanis; privatim autem communicavi cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne: communicavi, inquam, ne irritus et inutilis foret labor meus, tum praesens, tum praeteritus, si nempe calumnia spargeretur aliud me docere quam doceant alii apostoli antecessores mei:

3. Et quod maximum est argumentum apostolis non placuisse ut gentiles legem servarent, Titus comes meus, gentilis et incircumcisus, non fuit ab eis coactus circumcidi.

4. Sed neque ob Judæos, qui se Christianos simulabant, quique subreperant et insidiosè in Ecclesiam subintroerant, ut explorarent libertatem ab observatione legis Mosaicæ, quam habemus per Christum, illamque nobis eriperent, et in pristinam servitutem nos redigerent,

5. Ob illos, inquam, nec ad momentum quidquam cessimus de proposito nostræ libertatis tenenda, ut veritas Evangelii per me apud vos, ô Galatæ, prædicati permaneat.

6. Ab illis autem qui erant apud omnes in maximo pretio, Petro scilicet, Jacobo et Joanne, nihil didici; quales illi fuerint aliquando, nimirum illiterati, pisces, etc., non sum sollicitus, quia Deus in salutis nostræ negotio talia non attendit, sed quos vult eligi, et quales vult facit.

7. Tantùm abest ut aliquid in meâ doctrinâ argue-

maintenant dans ce corps mortel, j'y vis en la foi du Fils de Dieu, qui m'a aimé et qui s'est livré lui-même à la mort pour moi.

21. Or je ne veux pas rejeter cette grâce de Dieu; car si la justice s'acquiert par la loi, Jésus-Christ donc sera mort en vain.

trās ei societatis dederint, seu in socium receperint.

§ 11. Narrat quid sibi postea Antiochiam cum Petro contigerit; quomodo Petro publicè restiterit; quomodo Petrus Paulo resistenti cesserit, quia de facto reprehensibilis. Hocque facto confirmat, et legalia non servanda, et suam de eis doctrinam evangelicam esse, et ab omnibus servandam. Post hæc de facto probationes, tandem jus allegat, in quo fundatur legalium abrogatio; nimirum legalium insufficientiam ad animarum justificationem.

A v. itaque 15 usque ad finem, probat legalia ob insufficientiam abrogata; idque confirmat duobus absurdis horrendis, quæ ex pseudo-apostolorum errore sequentur, scilicet et quod Christus peccati minister esset, qui tamen pro peccato delendo mortuus est; et quod gratis et inutiliter pro peccatis nostris mortuus esset, si legalia justificare potuissent.

rint, aut immutarent, qui imò cum vidissent illi ipsi, qui in Ecclesiâ erant præcipui, quòd mihi commissum est Evangelium in gentibus, sicut et Petro commissum est inter Judæos,

8. Idem enim Deus qui in Petro suam vim et efficaciam ostendit ad Judæos convertendos, in me quoque eandem exercuit virtutem ad gentiles convertendos,

9. Quod cum cognovissent Jacobus, Petrus et Joannes, apostolorum præcipui et quasi columnæ, dextris nobis dederunt, hocque symbolo nos collegas et in apostolatu socios suos agnovissent et receperunt, nempe ut apostolatu fungeremur inter gentes, ipsi verò inter Judæos;

10. Hæc tantum additâ conditione, ut pauperum qui sunt in Judæâ memores essemus, id est, rogaverunt nos ut elemosinas inter gentes colligeremus, quibus Judæorum inopia sublevaretur; hoc autem fideliter et sollicitè adimplevi.

11. Finito concilio Jerosolymitano, Antiochiam redii. Vide Act. 16. Quò cum Petrus paulò post venisset, palam et coram omnibus illi restitit, verbis scilicet amicis et reverentibus, utpote apostolorum principi, restitit tamen quia reprehensione dignus erat.

12. Priusquam enim quidam Judæi venirent ab Jerosolymis, ubi præerat Jacobus, Petrus cum gentilibus comedebat, eorumque more vescabatur omnibus indifferenter cibis; cum autem illi venissent, Petrus, ne ipsis scandalum faceret, de gentiliu convictu se subtrahabat.

13. Et tanta fuit vis hujus exempli à Petro dati, ut ceteri Judæi coassimularent (ita Græc.), id est, ejus simulationi consentirent, ita ut etiam Barnabæ,

iterum et apostolorum mei comes, idem faceret.

14. Cum ergo vidissem eos non rectè incedere juxta veritatem Evangelii, sed hæc simulatione quasi claudicare, dixi publicè Petro: Si tu Judæus et ex Judæis oriundus, uteris Evangelicâ libertate, et ut tibi visum est, communi cum gentibus cibo indifferenter vesceris; cur exemplo tuo invititas et cogis gentes judicare?

15. Nôsipti, qui Judæi naturales, seu à nativitate, sumus, non proselyti ex gentibus infideles et idololatras nati,

16. Scientes tamen quòd ex operibus legis Mosaicæ non justificatur homo, justitiâ nimirum spiritali, internâ, et ad vitam æternam pertinente, sed per fidem in Jesum Christum, nos, inquam, relicto vitæ genere in quo nati et educati sumus, ad Christum confugimus, Christianismumque suscepimus, ut per fidem in Christum justitiam consequeremur, quæ vitam secum trahit æternam, et quam lex nemini contulit.

17. Si ergo quaerentes per fidem in Christum justificari, non sumus reverè justificati, sed contra facti sumus prævaricatores, quia nimirum legem Mosaicam deseruimus, quæ tamen, ut vobis pseudo-apostoli prædicant, necessaria est ad salutem, nonne sequitur inde, quod est horrendum dicti, Christum esse auctorem et ministrum peccati, utpote qui legem Mosaicam abrogavit ut legem Evangelicam doceret ad justificandum non sufficientem! At impossibile quòd Christus sit auctor peccati; ergo et quòd ipsi obediendo facti simus prævaricatores;

COMMENTARIA.

VERS. 4. — DEINDE POST ANNOS QUATUORDECIM... Ut Galatas ad errorem suum atraherent pseudo-apostoli judaizantes, Pauli doctrinam calumniati sunt, tanquam ab apostolorum doctrinâ alienam. Ut Galatas Paulus ab errore judaizantium redueat ad fidem, doctrinam suam ostendit verè apostolicam et aliorum apostolorum doctrinæ conformem. Haec ergo conformitatem probaturus, in duobus his prioribus versibus narrat quando et cur rursus Jerosolymam iterum, nimirum quatuordecim annis à suâ conversione, ab Antiochenis delegatus ad apostolos ob exortam, praesertim Antiochia, de legalibus questionem. Narrat et quomodo in hoc concilio de suâ doctrinâ publicè contulerit cum omnibus quidem Jerosolymitanis, at praesertim et secretò cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne.

Disputatur unde inchoandi sint isti quatuordecim

VERS. 4. — Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendit Jerosolymam cum Barnabâ. Petes: Unde hi anni inchoandi sunt, an à vocatione Pauli, de qua dixit cap. 1, v. 15, an à triennio post eam actò Damasci et in Arabia, de quo c. 1, v. 18. S. Hieron. numerat à triennio post vocationem exacto, etc. Baronius et alii verius putant hos quatuordecim annos inchoandos esse à Pauli vocatione, de qua dixit cap. 1, v. 15; eo enim respicit à vocatione enim suâ tam illustri annos numerat et consignat, sicut nos vocationis ad papatum,

18. Quin imò si legem Mosaicam, quam abrogavi, iterum instauro, sive meâ prædicatione, sive meâ observationâ, ego me legis prævaricatorem constituo.

19. Siquidem legi credens, legem deserui, et ad Christum accessi; legi mortuus sum, ut per Christum Deo vivam; ipsa enim lex mihi Christum ut finem suum monstravit; ad ipsum me, quasi manum, duxit; ad illam ergo rediens contra illius intentum, illius prævaricator fierem.

Quòd si quaeras quomodo legi mortuus, Deo vitam? Respondeo, per baptismum Christo concrucifixus sum.

20. Christo itaque confixus, ipsique insitus, ipsius vitam quasi exsumo; hinc vivo vitâ spiritali et divinâ; non ego, non vetus ille homo, qualis eram; non ego, non à me ipso, sed Christus, quis gratie, auctor justitiae, vita mea est, totiusque meæ spiritualis vitæ principium.

Quòd autem hanc divinam vitam habeo in carne mortali, tot peccatis et miseris obnoxia, hoc debeo non legi, sed fidei quam habeo in Filium Dei, qui me nihil merentem, imò me inimicum suum dilexit, et in tantum dilexit ut semetipsum in mortem traderit, ut mihi vitam daret æternam.

21. Non sperno hoc ineffabile Dei donum, quaerens aliunde justificari, ut pseudo-apostoli, quasi Christus nobis non sufficit ad salutem, quo maximam sanè Christo faciunt injuriam; si enim per legem nobis datur justitia, lexque justificandi vim habet; ergo Christus frustra mortuus est.

ANNI, AN À VOCATIONE PAULI, AN À PRIMÂ ILLIUS PROFECTIONE DE QUÂ IN PRIMO CAPITE, V. 18. D. Hieronymus putat esse numerandos à primâ profectioe Pauli, seu à triennio post illius conversionem exacto. S. Thomas, et post eum Baronius, putat et probat à vocatione Pauli numerandos esse. Videatur D. Thomas, hic; Baronius, tom. 1, ad an. Dom. 51.

ASCENDI JEROSOLYMAM... quia in montanis erat edificata; hinc et Christus Dominus: Ecce ascendimus Jerosolymam.

CUM BARNABÀ, ASSUMPTO ET TITO. Ubi nota D. Pauli prudentiam, qui, exortâ questione de legalibus, et propterea ab Antiochenis ad apostolos delegatus, duos assumit socios quorum unus erat Judæus, alter gentilis. Hincque discet nihil negligendum, sed omnia etiam humana mediâ esse adhibenda quæ ad veritatis notitiam et ad pacem possunt conferre.

episcopatum, religionem, annos numeramus, et cuique hæc quasi geram statuimus.

Nota: Hæc Pauli Jerosolymam profectio eadem est cum illâ quæ, Act. 15, ad concilium Jerosolymitanum profectus est; eadem enim causa, idem locus, et alii Patres. Concilium Jerosolymitanum celebratum est post quatuordecim annos à conversione Pauli, puta anno 46 à passione Christi, qui fuit annus Claudii imp. 9, Christi 51. Ita Baronius.

VERS. 2. — ASCENDI AUTEM SECUNDUM REVELATIONEM... Propter hæc ultima verba aliqui dubitant an hæc Pauli profectio sit eadem cum illa de qua Act. 15, cum ad concilium Jerosolymitanum profectus est. Etenim, inquit, in Actis verò dicitur quòd, hominibus ipsum delegantibus, irit. Sed nihil repugnat quòd et Dei monitu et hominum delegatione Paulus Jerosolymam irit, nec idèò multiplicanda sunt itinera, sed potius duplex est agnoscenda hujus ejusdem itineris causa; una interna, quam D. Paulus hic nobis aperit; altera externa, de qua Act. 15, v. 2.

Dei ergo monitu Paulus suscepit delegationem sibi ab Antiochenis delatam. Hinc colligi potest, ait D. Thomas, quòd omnes Actus apostolorum et motus fuerunt secundum instinctum Spiritus sancti.

ET CONTULI CUM ILLIS, id est, cum Jerosolymitanis, seu cum ecclesià Jerosolymitana, communicavi de doctrinà quam inter gentes prædico. Syr.: *Patefeci eis Evangelium.*

SCORSUM AUTEM IIS QUI VIDEANTUR... Græc.: *Scorsum autem in pretio habitis.* Syr.: *Ac privatim illud ostendi iis, qui existimantur aliquid esse.* Id est, publicè quidem communicavi cum omnibus, ad privatim et secretò cum iis qui insigniores erant et majores apud omnes existimantur.

In turbâ non bene potest discuti veritas, ait S. Anselmus, idèò non cum omnibus, sed speciatim cum iis qui majores erant auctoritatis et scientiæ, de rebus majoris momenti à turbâ semotus communicavit.

NE FORTE IN VACUUM... Non quasi dubius, aut non satis instructus communicavit cum apostolis, sed ut eorum testimonio obstrueret os calumniantium sibi quòd alia doceret quam apostoli, sicque impediret ne hæc calumnia inutilis redderetur omnis suus labor et prateritus et futurus.

Observationes dogmaticæ et morales.

Nota quòd Paulus ab ipso Christo constitutus apostolus et Evangelium edoctus, non dedignatur tamen cum hominibus communicare, et aliis apostolis de doctrinâ suâ rationem reddere, sed ab illis voluit testimonium habere. Hincque discite primò verbum Dei

Assumpto et Tito. Tanta mihi fuit ad apostolos profectio causa meæ fiducia, ut non dubitaverim illum adducere mecum hominem incircumcisum, non solum comitem itineris, verum etiam Evangelii prædicantem socium.

VERS. 2. — Ascendi autem secundum revelationem, id est, monitus revelatione divini.

Et contuli cum illis Evangelium quod prædico in gentibus. Sensus est: Communicavi cum illis qui Jerosolymis erant de Evangelio quod prædico inter gentes, deque totâ ratione doctrinæ meæ quam tradidi, et etiam nunc trado gentibus, quarum sum apostolus. Non itaque discendi studio, quòd supra negavit, sed ut omnes intelligerent eum nihil ab illa diversum docere, cujus rei calumniam patiebatur propter legem et circumcisionem, à cujus onere gentes vindicabat.

Scorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, id est,

etiam purissimum, quale erat D. Pauli Evangelium, debere ab Ecclesiæ prælati approbati, verbiq; Dei præcones debere ab eis tales declarari. Discite secundò ex hoc D. Pauli factò quòd verus Dei minister nihil debeat omittit aptum operi Dei promovendo, sed quòd omnia sint ab eo, quantum fas est, salutis animarum obstacula submovenda. Denique ex hoc D. Pauli, ut Antiochenorum delegati, recursum ad concilium Jerosolymitanum, cui præerat D. Petrus, discite quòd ab apostolorum tempore usque ad nostrum, in fidei dubiis recursum est ad Petrum ejusque successores, et ad concilia quibus presunt per se, vel per legatos, ut veritas ab eis decideretur; quâ praxi perpetuâ jugulantur omnes novantes ab Ecclesiâ semper reprobatâ.

VERS. 3. — SED NEQUE TITUS... hic incipit probare doctrinæ suæ conformitatem cum aliorum apostolorum doctrinâ; eamque probat, primò ex facto ad Titum comitem suum spectante, quasi diceret: Ego persuasus de legalium insufficientiâ et inutilitate ad justificationem, Titum ex utroque parente gentilem, et idèò incircumcisum, nusquam tamen duxi circumcidendum. Sed neque Titus..., sed neque ab apostolis, neque à concilio Jerosolymitano, Titus Græcus et qui mecum aderat concilio, compulsus est circumcidi. Quod sanè evidentissimum est argumentum quòd mecum idem sentiebant de circumcisionis et legalium ad salutem inutilitate. Sed quia responderi poterat quòd fortè ignoraretur à concilio Titum incircumcisum esse, addit Paulus:

VERS. 4. — SED PROPTER SUBINTRODUCTOS... Imò multi Judæi, qui se Christianos simulabant, in Ecclesiâ irreperant, etc., et id scientes instanter urgebant ut Titus circumcideretur. Sed neque ad id compulsus est propter illos falsos fratres subintroductos et id instanter expetentes.

Constructio orationis est hujusmodi, ait Theophylactus: Neque propter subintroductos falsos fratres coactus est Titus circumcidi, hoc est, etiamsi adessent qui adversarentur mihi, apostoli tamen ne propter eos quidem adegerunt nos Titum circumcidere. Intelligendum ergo quasi esset: Sed ne quidem.

qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ ac primarii apostoli. Græca hic tantum habent, qui videbantur, id est, qui habebantur in pretio. Græci enim *δοκίμοι* vocant eos qui magnæ sunt auctoritates.

Ne fortè in vacuum curarem aut eucurrissim, ne pseudo-apostolis jactantibus doctrinam meam ab apostolis reprobari, mihi fideique meæ fideles non credant, et sic meus omnis labor cassus reddatur. Ita Hieron., epist. 11 ad August., inter Epist. August.

VERS. 5. — Sed neque Titus, etc. Quòd si apostoli, cum quibus Evangelium contuli quòd in gentibus prædico, sensissent observationem Mosaicæ legis, cujus præcipua pars est circumcisio, necessariam esse Christianis, utique Titum gentilem, quem mecum assumpseram, jussissent circumcidi, præsertim instans Judæis ut id fieret. Atqui factum id non est.

VERS. 4. — Sed propter subintroductos falsos fratres; q. d.: Non compulsus est, etiam cum falsi fra-

Propter falsos fratres... quorum princeps putatur fuisse Cerintus.

EXPLOREARE LIBERTATEM NOSTRAM, scilicet, à servitute legis Mosaicæ.

QUAM HABEMUS IN CHRISTO, id est, in Ecclesiâ christianiâ, et per Christum, qui nos mortis suæ merito ab hoc onere liberavit. Christus pro nobis moriens, omnes figuras et predicationes implevit. *Consummabuntur omnia quæ dicta sunt de Filio hominis... Consummationem est,* exclamavit moriens, hæque consummatione figuris ipsa veritas finem imposuit.

UT NOS IN SERVITUTEM..., id est, ad pristinas legis observantias redigerent: onus grave, quòd nec nos, nec patres nostrî, portare potuimus.

Ex hoc versu discite quòd ab initio fuerint falsi fratres et quòd ab initio in sanctiores cœtus insidiosè irreperint, ut explorent, ut eripiant, ut sanctos exerceant et prælatos et fratres. Hinc et discite quòd idèò sit ubique vigilandum, orandum, resistendum, nihilque ob illos relaxandum.

VERS. 5. — QUIBUS NEQUE AD HORAM...; quibus falsis fratribus judaizantibus, ne ad momentum quidem, proditâ Evangelii veritate et libertate, subijci volumus, cum illis judaizando.

UT VERITAS EVANGELII... et libertas à servitute legis quam Christus suo sanguine vobis acquisivit, apud vos permaneat illibata. Cur ergo vos, ô insensati Galatæ, circumcisionem recipientes, et legis servituti vos subjicentibus, et Evangelii veritatem violastis et christianam libertatem amisistis?

Observatio moralis.

Hoc suo exemplo, D. Paulus omnes prælatos docet ut Evangelii veritatem ecclesiasticamque libertatem generosè propugnent, nihilque ob hominum instantias relaxent. Notandum tamen quòd D. Paulus, qui non est sic passus ut Titus gentilis circumcideretur, licet urgent falsi fratres, quia visus fuisset hoc facto asserere circumcisionem gentilibus esse necessariam, postea, Act. 16, Timotheum semi-Judæum, scilicet, ex matre Judæa, circumcidi, ne Judæos irritaret, sed Judæis acceptor esset Timotheus, ait D. Joan. Chrysostomus. Paulus Timotheum missurus ad docendum Judæos, illum prius circumcidi ut doctor esset acceptor; ingressus est cum circumcisione Timotheus, ut abrogaret circumcisionem, D. Chrysostomus urgent eum circumcidi.

Qui subintroversit explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu. Libertas quam habemus in Christo ea est quòd liberi ab observatione legis Mosaicæ, ex Christi gratiâ, justitiam et peccatorum remissionem accipimus.

Ut nos in servitutem redigerent, ut eâ libertate exploratâ et cognitâ, nobis eam extorquerent, aut nos accusarent, nosque una secum servituti legis subjicerent.

VERS. 5. — Quibus neque ad horam cessimus subijctione, etc., per subijctionem, subijciento nos judaizantibus.

VERS. 6. — Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, ab iis qui magno erant in pretio, ac primi nominis apud Judæos fideles, nihil mihi collatum est, id est, factâ Evangelii cum eis communicatione, nihil ab eis mihi accessit. Nihil, supple, doctrinæ, mihi collatum est.

mus, hic. Hoc autem potuit licitè, quia, licet lex tunc esset mortua, nondum tamen erat mortifera, et aliandè gentilibus nullum dedit scandalum. Unde concludens prælatorum esse prudentiæ res, tempus, personas, omnesque circumstantias examinare; hinc ad illos precipiè Christus: *Estote prudentes sicut serpentes...*

VERS. 6. — AB IIS AUTEM QUI VIDEANTUR... Probatâ doctrinâ suâ cum apostolorum doctrinâ conformitate ex facto, seu exemplo Titî, illam nunc probat ex eo quòd primarîi apostoli, quibuscum privatim communicavit, et quibus suum Evangelium examinandum submitit, in eo nihil immutârunt, nec addendo, nec demendo. *Ab iis qui videbantur...* Hoc verbum *videbantur*, non tollit rei veritatem, sed famam addit veritati; significat ergo: Qui erant reverè maximâ auctoritatis et scientiæ, et, ut tales, in magno apud omnes erant pretio.

QUALES ALIQUANDO FUERINT... Hic mihi videtur apostolus duo nobis indicare velle; primum, quid non consideraverit in primariis apostolis; secundum, quid consideraverit. Non consideravit quid et quales fuerint ante suam à Christo vocationem, nimirum piscatores, illitterati, rudes et idiota. Hoc, inquam, non consideravit; aliâ ipse civis Romanus, dives, doctus, in lege instructus à Gamalielè, et idèò humanitatis illis doctior in legalibus, eos non conspuisset. Voluit à Galatis intelligi quia et peritus fuit in lege, ait Ambrosius. Hoc autem non vanitatis causâ, sed quia apud eos prebatur aliorum quasi judaizantium auctoritate; line sese modestè erigit. Sed consideravit quid in Ecclesiâ per Dei gratiam essent, nimirum columnæ, aliis eminentiores, alios suâ firmitate sustentantes; et hoc in illis considerans ac venerans, eis suum Evangelium submitit, ab eisque voluit approbari.

Nihil contulerunt. Syr.: *nihil mihi addiderunt.*

Propter parenthesis interpositam, propositio per ablativum incepta ab iis... terminatur per nominativum subadjunctum, scilicet, *illi nihil contulerunt* doctrinæ meæ, nec quidquam addiderunt, nec detraxerunt. Meam ergo doctrinam ita suæ conformem judicârunt ut ei nec quidquam addendum, nec ab eâ quidquam adimendum existimaverint.

Exemplo D. Pauli, qui cum Petro, Jacobo et Joanne confers, non attendit ad illud quòd aliquando fue-

Quales aliquando fuerint nihil meâ interest, quòd scilicet hi primarii apostoli, qui videntur esse aliquid, fuerint indoci, piscatores, pauperes, alijcti, cum ego civis Romanus zelo et scientiâ legis excellerem. Ita Ambros., Anselm.; quia enim aliorum apostolorum quasi judaizantium auctoritate prebatur Paulus, eam elevat, ut suam auctoritatem et consequenter doctrinam erigat, modestè tamen. Unde subdit:

Deus personam hominis non accipit, nec considerat quales fuerint, sed eligit quos vult, tam potens ex persecutore quam ex piscatore facere prædicatores et apostolos.

Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt; mihi in illâ communicatione quam de Evangelio meo cum precipuis apostolis habui, nihil illi contulerunt, id est, nihil ab eis accepti, nihil didici, nihil per eam collationem mihi accessit.

rant, sed ad id quod per Dei gratiam erant, discamus et nos, Ecclesie prelatos omnesque Dei ministros per respectum ad Christum attendere. Non consideremus quod aliquando fuerint, imò nec quod sint in se, sed quod sunt in Christo et per respectum ad Deum; Dei nempe sunt ministri, Christi vicarii, columnae Ecclesiae, et ut tales eos revereamur.

VERS. 7. — SED E CONTRA CUM VIDISSENT... Probat denique doctrinæ suæ cum apostolorum doctrinâ conformitatem ab unionis societate quam in concilio Jerosolymitano inivit cum Ecclesie columnis. *Tantum abest...* Vide paraphrasim.

PRÆFETI nomen hic significat gentes præputiatis, id est, incircumcisas, nomen CIRCUMCISORUM Judæos, ait D. Chrysostomus.

VERS. 8. — QUI ENIM OPERATUS EST. GRÆC., *εργητός*, inoperatus est; vim et efficaciam suam ostendit, per miracula, per charismata Spiritus sancti. Vide paraphrasim.

VERS. 9. — ET CUM COGNOVISSENT... factis scilicet et experientia, tum miraculorum famâ, tum ingentis hominum numeri conversione, tum et meâ conversatione, DEXTRAS DEBERENT SOCIETATIS: socios in apostolatu agnoverunt.

Nota litteralis et moralis.

Ut nos in gentes, ipsi autem... Neque ex hoc versu, neque ex septimo sequitur quod Petrus Judæorum tantum fuerit apostolus, Paulus autem tantummodo gentium; sed quod Dei voluntas fuerit, ut tunc Petrus præcipue Judæis predicaret, Paulus verò gentibus præcipue. Postea enim et Petrus Romam venit et inter gentes Evangelium longè latèque disseminavit per se suosque discipulos, sicut adimplevit quod ei dictum est Act. 10: *Occide et manduca*. D. etiam Paulus et Hebræis prædicavit, ut patet ex Epist. ad Hebræos, ut adimplet quod de illo Dominus dixit Amariæ: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram regibus, gentibus et filiis Israel*, Act. 9, 15.

Sed in hoc mirare Dei bonitatem et in hominum oppositorum salute procurandâ providam voluntatem. Quia Judæi à gentibus naturaliter abhorrebant, et quia Paulus Judæis erat exosus, hinc Deus, quasi

VERS. 7. — *Sed e contra, cum vidissent quod creditam est, etc.*, id est, gentium præputiatarum, sicut et Petro circumcisas, id est, circumcisorum Judæorum. Ita Theophylactus.

VERS. 8. — *Qui enim operatus est, etc.*, ut scilicet gentium essent apostolus, minus haberem, gratias charismata apostolica inter gentes Græcæ, qui inoperatus est Petro, qui in Petro suam energiam, vim et efficaciam ostendit, in apostolatum, id est, ut fieret apostolus Judæorum circumcisorum; is eandem in me Paulo ostendit apud et inter gentes. Syrus vertit: Qui efficax fuit in Petro, in me quoque efficax fuit. In tot videlicet miris et miraculis patrandis, in tantâ sermonis efficaciam, in tot gentium per me factâ conversione.

VERS. 9. — *Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi; cum, inquam, ipsa jam rei experientia cognovissent gratiam quæ mihi data erat, nimirum Evangelii in gentibus prædicandi.*

Jacobus, et Cephas et domnes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societas;

hominum infirmitati sese accommodans, Petri et Pauli operas paritur (non tamen jurisdictionem et potestatem); Petro creditur apostolatum circumcisas, Paulo autem incircumcisorum. Hinc discat prelati, pastor animarum, Dei minister, subditorum suorum saluti prudenter incumbere, illis non dominari, sed suavi et prudenti charitate illos regere. *Dextras dederunt societas...* Mirare et apostolorum concordiam, non in doctrinâ tantum, sed et in operam suarum partitione. Unicâ collatione charitativâ extinguunt omnia nascentia dissidia totiusque mundi salutem procurant. Quot mala vitaret, quotque bona procuraret claritativa ministrorum Dei concordia! Concordes autem brevi forent, si Dei gloriam hominumque salutem tantummodo vellent, et quæ sua sunt non quererent. O Deus pacis, extingue in tuis ministris omne dissidium! O Deus charitas, ure cor et renes nostros tui amoris igne!

VERS. 10. — TANTUM UT PAUPERUM... Hanc tantum conditionem addiderunt, ut pauperum qui in Judæâ sunt inopiam sublevaremus elemosinis inter gentes collectis.

Judæi christiani fuerant propter fidem bonis suis spoliati, Heb. 10; adde quod omnia reliquerant, ut in Actis dicitur. Hinc collige quod charitas in pauperes sit apostolici muneris pars essentialis et indivisibilis, seu ad omnes prorsus apostolos attinens, juxta Theophylacti notam. Prædicationem dividemus, inquit Paulus, pauperes autem indivisos habebamus, Theophylactus. Videat ergo apostolorum successor quomodo huic muneri vacet.

QUOD ETIAM SOLICITUS FUI... Si Paulus pauperimus tot elemosinis pauperes adjavit, quid episcopus? Quid alius Dei minister, pauperum bonis dives, facere non debeat? Ex hucusque dictis restat concludendum quod Pauli doctrina sit verè apostolica et apostolorum doctrinæ conformis, et ut talis ab illis in concilio Jerosolymitano approbata, cum nec Titum circumcidit exegerint, nec quidquam in Evangelio Pauli immutârunt, cum e contra, illum in apostolatus socium receperint.

VERS. 11. — CUM AUTEM VENISSET CEPHAS... Con-

id est, in apostolatu socios atque in Evangelii doctrinâ benè secum consentientes agnoverunt, et ut tales receperunt. Nam jungere dextras, societatis et concordie symbolum erat. Cephas et Petrus idem est, unde illi, quasi primario, præ Jacobo et Joanne, opposuit se hic Paulus, v. 14.

Ut nos in gentes, ipsi autem in circumcissionem, id est, apud circumcisos Judæos. Ut sicut Judæis quasi primis et primariis promissus et datus est Christus, qui inde vocatur minister circumcissionis, id est, circumcisorum, Rom. 15, ita primarij apostoli primas suas operas apud eosdem collocarent.

VERS. 10. — *Tantum ut pauperum memores essemus; tantum, inquit, hoc admonentes ut, dum Evangelium apud gentes predicamus, pauperum qui in Judæâ erant, memores essemus, commendando eos gentibus ad fidem conversis.*

Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere; q. d. : Eam rem mihi commendatam quæ potui diligentia præstiti.

VERS. 11. — *Cum autem venisset Cephas Antiochiam,*

firmat doctrinæ suæ puritatem et suam in eâ firmitatem et constantiam ex facto quod ipsi cum Petro contigit Antiochie.

Paulus post concilium Jerosolymitanum rediit Antiochiam cum apostolorum decreto: *Visum est Spiritui sancto...*, Act. 15, 28, et eo tempore Petrus intelligitur supervenisse, et quod hic narrat Paulus fecisse, ait S. Anselmus. Idem ait Estius.

IN FACIEM RESTITIT, id est, aperte, coram omnibus; intellige tamen verbis amicitie et observantiae plenius, utpote capiti Ecclesie, et, ut dixit supra, columnæ.

QUA REPREHENSIBILIS ERAT, id est, reprehensione dignus. Græc. : *Quoniam reprehensus erat. Syr. : Quoniam offendebatur in eo (gentiles). Ethiop. : Quia indigni sunt ei. Arab. : Eo quod reprehensibilis esset.* Omnes interpretes Græci, D. Chrysostomus, Œcumenius, Theophylactus, legunt *reprehensus*. Inter antiquiores Latinos, Ambrosius; inter recentiores, Erasmus et Cajetanus legunt *reprehensus*, sed variant in explicatione. *Reprehensus erat*, non à me, sed ab aliis ignorantibus id quod agebatur consilio factum fuisse, ita Theophylactus D. Chrysostomus secutus. *Reprehensus erat Jerosolymæ*, ab aliis apostolis, eò quod cum Cornelio gentili cibum Antiochie sumpsisset; et hunc sensum refert Erasmus post scholia Græcorum quos sequitur. *Reprehensus erat*, ab aliis fratribus, non publicè sed privatim; ita sentit Cajetanus, teste Estio. Omnes autem communiter Latini, licet fateantur in Græco participium esse *ῥεprehενσμενος*, *reprehensus* : cum nostro tamen interprete volunt illud positum pro verbali *ῥεprehενστος*, *reprehensibilis*; phrasi Hebraicâ, ait Estius post Sabboldum quem citat; Hebraismo, ait Cornelius à Lapide, qui addit quod Hebræi verbalibus carent terminatis in *bilis*; more Hebræo participium pro verbali, ait Grotius. Et sanè sensus juxta hanc lectionem est multò naturalior omnique meliùs coheret: *Restiti ei, quia re-*

in faciem, id est, ut vulgò dicimus, in os, in barbam, aperte, palam Petrus restiti, idque ut hæc ratione scandalum ejus publicum publicâ correptione emendaretur. Ita Augustinus. *Reprehensus erat*, scilicet à veritate et libertate evangelicâ, quæ gentes à Judaismo unbricit et servitute liberat et eximit. Hæc enim causam cor restitit ei, scilicet hanc: *Quia reprehensibilis erat, puta in simulatione Judaismi.* Ut sequitur.

VERS. 12. — *Prius enim quam venirent quidam à Jacobo, cum gentibus edebat, sine delectu suillum aliosque cibos, quos Judæi vetuit Moyses, Levit. 11; hoc factò docens hujus delectus totiusque legis observationem non esse necessariam.* Ita Anselmus.

Cum autem venissent, subtraheret et segregaret se, timens eos qui ex circumcissione erant. Subducebat se à conviviis et mensâ gentium, utpote qui promissus et lege vetitus uteretur cibis. Prius enim dictum est, *cum gentibus edebat*.

VERS. 13. — *Et simulationi ejus consentirent ceteri Judæi, q. d. : Ceteri Judæi simulabant cum Petro. Queritur, quæ et qualis fuerit hæc simulatio? Resp. : August., Ansel., censent vitium fuisse hypocrisis, quod simplicitatis ac veritatis opponitur. Simulabant enim legis observationem, cum verè non intenderent eam servare, sciebant enim eam abolitam esse, se tamen aliis Judæis accommodare intendebant.*

S. S. XXIV.

prebensibilis erat; reprehensibilis autem, quia priusquam venirent...

VERS. 12. — *PRIUS ENIM QUAM VENIRENT...* Explicat in quo Petrus erat reprehensibilis. Petrus sentiebat legalia non esse servanda; hinc cum gentilibus edebat et eorum more omnibus indifferenter cibis vescobatur, at cum Antiochiam venissent quidam à loco ubi præerat Jacobus, id est, quiddam Judæi ab Jerosolymis, Petrus metu Judæos illos offendendi, erat enim apud illos grande piaculum cibis à lege Mosaicâ vetitis uti, Petrus ergo, ne ipsis scandalum foret, se subtraheret à convictu gentium.

TIMENS EOS..., timore non quidem mundano, sed charitatis, ne scilicet scandalizarentur. Et hoc inordinatè, ait D. Thomas, quia veritas nunquam dimitenda est propter timorem scandalii. Erravit ergo Petrus non in fide, sed in facto; incaute scilicet, et cum scandalo gentium, simulans Judaismo; unde gentiles meritò credere poterant Judaismo sibi necessariam esse. Fuit itaque in Petro vanus timor displicendi Judæis, et quedam indiscretio, seu inconsideratio quæ gentiles scandalizavit. Si autem Petrus erravit, si Ecclesie princeps et pastor verè fuit reprehensibilis, quis fidelium erit irreprehensibilis? Quis non timeat et de seipso non diffidat?

VERS. 13. — *ET SIMULATIONI EJS...* Græc. : *Et cõassimulabant ei et ceteri Judæi, etc.*

ITA UT ET BARNABAS... Vide paraphrasim.

QUANTA VIS EXEMPLI? Nihil pestilentius quàm malum prelati exemplum; quò dignitate eminentior est, eò periculosius est scandalum ab eo datum. Caveat ergo sibi et ad omnia sua dicta et facta attendat qui præest aliis. Validiora sunt exempla quàm verba, D. Leo.

VERS. 14. — *SED CUM VIDISSENT QUOD NON RECTE...* Græc. : *Quod non recto pede incederet ad veritatem, etc.* Erat quedam quasi claudicatio: modò ad gentiles, modò ad Judæos inclinabat; cum illis gentilibus vivendo, cum his Judæicè. Syr. : *Cum vidissem eos, non*

Ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Hoc secutus Barnabas et ipse finxit, id est, ita se gessit ac si cibos cum Judæis discerneret, et gentium conversionem abhorreret, quasi Judæi preferendi essent gentibus conversis, et quasi lex vetus ad salutem esset necessaria. Ita enim se gerent, ut jure ex eorum facto id opinari possent gentes; licet id non intenderent, imò fortè non adverterent Petrus et Barnabas.

VERS. 14. — *Sed cum vidissem quod non recte ambularet ad veritatem Evangelii. Rectè ambulare, significat recto pede incedere, rectè dirigere gressum, ut non cespites, neque ad dextram vel sinistram deflectas.*

Dixi Cepha coram omnibus, id est, palam ac multis presentibus. Quod autem coram omnibus, inquit Augustinus, necessitas coegit, ut omnes illius obprobriatione sanarentur.

Si tu, cum Judæis sis, gentiliter vivis, et non judaicè, quomodo gentes cogis judicare? Gentiliter vivis, id est, communi cibo et mensâ indifferenter cum gentibus lactentibus vixisti; postquam didicisti legem mortis Christi abolitam esse, non amplius eam servas; quid est, quòd nunc, hæc tuâ simulatione inique exemplo, etiam gentes, quæ sunt extra legis professionem, cogis judaicè vivere, id est, legem Judaicam observare?

(Trent.)

rectè incedere in veritate Evangelii, seu, ut alii volunt, juxta veritatem Evangelii, quia peribat veritas. Potest etiam dici: Modò ad veritatem Evangelii propagandam conducibilis.

DIXI CEPHE... Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Ex predictis, ait D. Thomas, habemus exemplum; prelati quidem humilitatis, ut non dedignerentur à minoribus et subditi corrigi; subditi verò exemplum zeli et libertatis, ut non vereantur prelatos corrigere, præsertim si erimen est publicum et in periculum multitudinis vergat, hæcque D. Thomas, hic. Hoc utrumque exemplum, tum humilitatis in Petro, tum libertatis evangelicæ et zeli apostolici in Paulo, rarum, sanctum, ædificatorium. D. tamen Augustinus humilitatis Petri exemplum rarius, sanctius et difficilius arbitratur. Rarius, inquit, et sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quò non dedignerentur majores à posterioribus corrigi, quàm Paulus, quò confidenter auderent minores majoribus, pro defendendâ veritate, salvâ charitate, resistere. D. Aug., epist. ad Hier., citatus à Cornelio à Lapide. Hanc objurgationem pastor pro salute sui gregis libentissimè sustinuit, suo objurgatore admirabilior et ad imitandum difficilior, D. Aug. à Promondo citatus.

Hujus autem rei ratio videtur esse quòd rarius et difficilior sit invenire prelatum qui à subdito corrigi non dedignetur, quàm reperire subditum qui superiorem audeat corrigere. Hoc tamen humilitatis exemplum, Petrus, pastor pastorum, tolli dedit Ecclesiæ; reprehensus, in summ correctorem non modò non excedit, sed, ut ait Theophylactus, correctionem æquo suscepto animo. Tacuit Petrus, ut qui primus erat in apostolatûs culmine, primus esset in humilitate, D. Gregor., hom. 18, in Ezechiel. Felicem ergo dicamus quidem Petrum, qui lapsus zelantem reperit Paulum qui christianâ charitate relevaret. At non minùs felicem dicamus Paulum, qui superiorem corrigens, Petrum invenit humilem qui correctionem æquo et grato suscepto animo. Felicem denique dicamus Ecclesiâ, quæ apostolicâ S. Pauli libertate, et admirandâ S. Petri pastoris sui humilitate, pacem et Evangelii veritatem servavit, et in his duobus apostolis habuit exemplum tum humilitatis, quod imitentur prelati; tum libertatis, quod imitentur subditi.

Appendix hæcuscque dictorum.

Hoc factum Petri gentilibus cum gentilibus viventis, hæc ratio à D. Paulo Petrum corrigente allata, hæc D. Petri Paulo se corrigente cessio, omnem debuit à Galatis serupulum amovere illisque doctrinam Pauli sanam, evangelicam et verè apostolicam demonstrare. Nec enim quiddam Petrus contradicit; unde planum est quòd oppositionem Pauli æquo animo suscepit,

Vult si dicat: Que ratio est ut tu gentiles ad Judaismum provoces, qui Judæus ipse cum sis, Judaismo renuntiasti?

VERS. 15. — Nos naturâ, naturali generatione, origine, prosapia, Judæi sumus, non ex gentibus peccatores, non gentiles peccatores. Judæi enim gentes, quia idololatræ erant, vocabant arrogantem contemptum

Theophylactus. Petrus silentio dicta confirmat, Theodoretus.

Adverte autem et nota progressum sermonis apostolici. Primò, ostendit se ab ipso Christo Domino apostolum fuisse institutum; secundò, suam doctrinam de circumcissione abrogatâ et gentilibus non imponendâ, in concilio Jerosolymitano fuisse confirmatam; ab apostolorum primariis se in apostolatûs socium receptum fuisse. Tandem doctrinæ suæ puritatem et suam in illius veritate firmitatem et constantiam ostendit ex eo quòd Petrum ipsum, cum Judæis judicantem, publicè arguerit. His ergo positis ad calumnias refutandas necessariis, jam aggreditur legis abrogationem probare.

Probat autem primò ex legis insufficientiâ ad justificandum, utpote quæ instituta erat, non ad dandam justitiam, sed ad significandum et figurandum Christum, per quem erat peccatorum remissio et vera justitia conferenda. Itaque dici potest quòd post multas de facto probationes jus tandem allegat in quo legis abrogatio fundatur, legis nimirum insufficientiam. Hoc autem dogma sic allegat, ut ex eo absurdum impossibile contra suos adversarios deducat.

VERS. 15. — Nos NATURA JUDEI... Non constat apud sacros auctores ad quem, aut ad quos, hæc verba dirigantur, an sit continuatò objurgationis Petri, ut existimat D. Hieronymus et Theodoretus, an relicto Petro, sermonem verat ad omnes Judæos presentes, seipsum etiam comprehendens, ad quemque dirigatur, sed discipulos, ait D. Chrysostomus, an, mutato sermone, clam ad Galatas sua verba dirigat. Hoc posterius cum perisque recentioribus sic eligo tanquàm probabilis, ut fitear propter hoc in re nihil immutari, eadem quippe erit ratiocinatio, ad quemcumque dirigatur. Itaque probabilis est quòd D. Petri correctio finierit cum v. 14. Versu autem 15, Apostolus sua verba dirigat ad Galatas, inchoatum ad illos sermonem proseguens: Nos ipsi, qui Judæi nati sumus ex sanctis patribus, sub sanctâ lege; naturâ, id est, nativitate Judæi;

ET NON EX GENTIBUS PECCATORES, id est, non proselyti, sicut vestri doctores, neque gentiles idololatræ, legis divinæ ignari, ex impiis et profanis parentibus nati, quales illi fuerant;

VERS. 16. — SCIENTES AUTEM... persuasi tamen quod EX OPERIBUS LEGIS MOSAICÆ NELLUS HOMO JUSTIFICATUR verâ, spiritali et internâ justitiâ, quæ Deo gratum faciat et aternâ vitâ dignum.

NI SI PER FIDEM, id est, sed tantum per fidem in Jesum Christum, in lege figuratum et promissum, ut ipsis legis finem.

ET NOS IN CHRISTO JESU CREDIMUS. Græcè, credidimus, ut justificemur. Græcè, ut justificemur, etc.,

peccatores, quasi ipsi essent justî, aiunt August. et Anselm.

VERS. 16. — Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi. Justificatur autem homo per fidem Jesu Christi, quatenus per eam Christum redemptorem agnoscat, ex ejus merito remissionem peccatorum atque justitiam

id est, etiam nos, Judaismo relicto, in quo nati et educati fuimus, Christianismum amplexi sumus, in Jesum Christum credentes, quòd per fidem in eum veram consequeremur justitiam.

PROPTER QUOD EX OPERIBUS, id est, propterea quòd; non est conclusio, sed repêditio; vel intellige, ut versio Syriaca: Quoniam ex operibus legis, scilicet, ut legis sunt et sine gratiâ Christi factis, non JUSTIFICATUR OMNIS CARO, seu nulla caro, id est, nullus homo, sive Judæus, sive gentilis. Quicumque enim justî sunt, ex fide justificati sunt, sicut Abraham, Isaac, Jacob, et cæteri sancti, ait Ambrosius.

VERS. 17. — QUOD SI QUERENTES JUSTIFICARI IN CHRISTO... Syr.: Quòd si dum studemus justificari per Christum, reperimur et ipsi peccatores; ergo Jesus Christus minister est peccati. Allegatâ in superiori versu semel et iterum legis insufficientiâ ad homines justificandos, et ob hæc legis insufficientiam, Judæorum ad Christum conversione suppositâ, jam ex judaizantium errore ostendit horrendum sequi absurdum.

QUOD SI QUERENTES... id est, quòd si nos naturâ Judæi, relicto Judaismo, querentes per fidem in Christum justificari, non sumus reverè justificati, sed è contra peccatores inveniamur ob legis derelictionem, quæ, ut vobis predicant pseudo-apostoli, necessaria est ad salutem; ergo CHRISTUS DOMINUS, peccati destructor, PECCATI AUCTOR ET MINISTER EST; ipse enim legem abrogavit, ipse fidem suam nobis præcepit.

Absurdum et horrendum dictu quòd Christus, qui tollit peccata mundi, qui pro peccato delendo mortuus est, peccati sit auctor et minister. Absurdum ergo et impossibile quòd legem deserentes peccaverimus, et in Christo peccatores inveniamur et legis prævaricatores. Quin imò peccatores et prævaricatores erimus si ad legem redeamus: si enim quæ destruxi...

Potest in formâ sic ratiocinari: Si lex Mosaica Christianis, seu in Christum credentibus, est necessaria ad salutem, ut pseudo-apostoli, Christus, ipsa sanctitas et peccati destructor, erit peccati auctor, et nos Judæi, qui legem deserimus pro Christo, erimus prævaricatores; absurdum autem et impossibile est

à Deo expectat et percipit. Quod quidem fit per ea media quæ Christus ipse ad justificationem præparandam hominibus instituit, ut sunt invocatio, patientiæ opera, Sacramenta; legisque divinæ observatio; juxta illud: Factores legis justificabuntur, Rom. 2.

Et nos in Christo Jesu credimus. Græcè, in Christum Jesum; credimus scilicet illum esse Christum, id est, Messiam, salvatorem et redemptorem mundi.

Ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis; non enim credimus in Christum ut ex lege justificemur, sed ex ipsâ fide Christi.

Propter quòd, quia, propterea quòd, ex operibus legis non justificabitur omnis caro, id est, nullus homo.

VERS. 17. — Quòd si querentes justificari in Christo, etc.; q. d. Adhuc sumus in peccato, quia peccati remissionem et justitiam quesivimus in Christi fide, cum ibi non sit querenda, sed in lege, ut volunt judaizantes; ergo Christus peccatum fovet; sustulit enim legem, quæ sola peccatum tollit. Namquid ergo Christus peccati minister est? Quasi dicat: An Christus peccato inservit illud fovendo et conservando; hoc ipso quo legem tollit ad justificationem et peccati dele-

ut Christus Dominus, ipsa sanctitas, sit peccati auctor et minister; absurdum ergo et impossibile quòd lex sit ad salutem necessaria, et quòd nos Judæi, legem deserentes, sumus prævaricatores. Quin imò, si Christianismo suscepto ad legem redeamus, peccatores, seu prævaricatores, erimus.

VERS. 18. — SI ENIM QUÆ DESTRUXI... Alteram hic quasi concatenat rationem, quòd probat in legis abolitione perseverandum, quia ad illam rediri non potest, sine prævaricatione in illam.

Dicebant judaizantes pseudo-apostoli quòd legem deserere, esset prævaricari et peccare; contra Apostolus dicit quòd ad legem redire, sit prævaricari et peccare. Hoc autem sic enunat: Si legem Mosaicam, quam abrogavi, iterum instauro, sive illam prædicando ut necessariam, sive illam ut talem observando, ego ME PRÆVARICATOREM LEGIS CONSTITUO.

VERS. 19. — EGO ENIM PER LEGEM... Probat quòd ad legem rediens, erit prævaricator legis, quia legi credens, legem deserit et ad Christum accessi ut Deo vivam. Quasi diceret: Ipsa lex mihi Christum, scopum et finem suum præmonstravit, ipsa mihi dixit: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris; tanquam me, ipsum audistis, Deut. 18; ad hunc predicant pseudo-apostoli, necessaria est ad salutem; ergo credens, legi mortuus sum, et in Christum credidi, ut Deo per Christum et in Christo vivam. Ad legem ergo rediens, legem deo servans, legis fideam prævaricator, quia contra legis finem et intentum, ad illam redirem.

CHRISTO CONFIXUS SUI CRUCI. Græcè, conerucifixus sum; Syr.: Unâ cum Christo confixus sum.

Separatim, ut puto, legenda sunt hæc verba, est enim separata sententia quæ declarat quomodò legi mortuus, vivat Deo. Ab his itaque verbis, Paulus hominibus per Christum justificati personam in se transfers, justificationis beneficium magnitudinè exaggerat, ut, hoc beneficium cognito, efficacius arguat Galatas qui illud contempserunt, eisque propterea dicere possit: O insensati Galatæ!...

Jam ad verba. Quòd si quæres quomodò legi mor-

tionem, ut ipsi aiunt, necessariam, et suam statuit legem gratiæ, quasi quæ sola justificet, cum, ut ipsi aiunt, sine lege justificari non possit? Absit: ac si dicat: Minime. Ita Hieron., Chrysost., Primas., Ansel., Theoph.

VERS. 18. — Si enim quæ destruxi, etc., id est, ostendo, astruo, confirmo. Sensus est: Legem, semel factus christianus, deserui, et quantum in me fuit prædicatione meâ destruxi. Quòd si nunc illam restituo, docens eam observandam esse, planè astruo et confirmo me prævaricatorem legis tamdiu fuisse, quamdiu eam postulabui.

VERS. 19, 20. — Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam. Atqui non fui prævaricator deserendo legem, nam per ipsam legem legi mortuus fui; q. d.: Ipsa lex Moysi spiritaliter intellecta docet se non esse perpetuam, sed Christo, quem præfiguravit, venienti cedere debere. Per ipsam ergo legem hoc mihi loquentem, mortuus sum legi, id est, sicut sum legi, atque ei desit esse obnoxius. Hoc enim significari istâ phrasî, legi mortuus sum, intelligitur ex Rom. 6 et 7.

tus, vivam Deo, respondeo: *Christo confixus...* Per Baptismum Christo conerucifixus, commortuus et conspeliatus, priorem vitam deposui, in aliam transii. Huic vivo cuius vitam indui, ait Theodorētus. Huic vivo, cui sum conerucifixus; Christi enim crucifixus et mors, vita nobis est, ait D. Chrysostomus. Huius vitam exsugo, cui per baptismum in situs sum, sicut ramus arbori. Arbori crucis insertus, communem arboris succum et vitam haurio, gratiam scilicet et charitatem. *Hinc vivo jam non ego.* Duplex hic notatur miraculum, ait D. Chrysostomus. Primum, quod Christus mortuum vivificat; secundum, quod per mortem largitur vitam.

VERS. 20. — VIVO AUTEM JAM NON EGO... Vide paraphrasim. Unde non tam ego vivo quam Christus in me per gratiam suam; ipse animæ meæ vita; ipse me suo spiritu movet et gubernat; ipsius sequor motus et voluntatem, non meam.

QUOD AUTEM NUNC VIVO IN CARNE... Quod autem sic spiritualiter, à peccatis veteris hominis liber, vivam in hac mortali carne, tot vitis et imperfectionibus obnoxia; hoc deo fidei in Filium Dei. Vide paraphrasim.

QUI DILEXIT ME... Quis? Quem? Filius Dei et Deus hominonem; Dominus servum; sanctus sanctorum peccatorem; omnia et omne bonum, ipsum nihil. O bonitas! O ineffabilis mysterii dispositio! etc.

ET TRADIDIT SEMETIPSUM PRO ME. His verbis declarat par esse, ait D. Chrysostomus, ut unusquisque nostrum non minus gratias agat Christo quam si ob ipsum solum mortuus esset; neque enim recusaturus erat, vel ob unum, tantam exhibere dispensationem; adeo singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Unusquisque ergo baptizatus et in Christo justificatus,

Legi mortuus sum, sed felici admodum morte, quia ait: hoc mortuus sum, ut Deo vivam, per veram justitiam; et hæc nova vita est, quam alibi veteri vite opponit, sicut novum hominem, veteri. Congruit hic locus cum illo Rom. 7: Mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego: vivo vero in me Christus. Per baptismum Christo commortuus, vivo nunc per veram justitiam, vivo, inquam, non ego, id est, non vete ille homo qualis eram; vel, vivo non ego, hoc est, quod jam vivo vitâ justitiæ, ex meipso non habeo; sed vivo in me Christus, id est, Christus qui à morte resurrexit ad vitam, nulli totius vite mee spiritualis, hoc est, omnis justitiæ, auctor est; totum quod vivo illi debeo, qui in me vivit, et efficitur est per gratiam suam. Simili locutionis modo dictum est à Domino, Matth. 10: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Igitur ex hoc loco discimus, ut bene Sabeldus adnotat, opera iustorum non tam ipsorum esse, quam Spiritus Christi mentes eorum inhabitantis; unde nec mirum quod digna sit vita æterna.

Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei. Vivere in carne, idem est quod vivere mortali hac vitâ. In fide vivo, illa, inquam fido, quæ est in Filium Dei, ubi et Filii et Dei, suos habent articulos, quod vehementer sit sermo. Sensus est: Quod in carne hæc mortali variis obnoxia tentationibus justè vivo, non legi acceptum fero, sed fidei quam habeo

cum Apostolo potest dicere: *Christo confixus sum cruci, quia mors et vita Christi fuit illi communicata; ipsi totus Christus fuit datus, et factus quasi suos; totus illius est.* Hinc etiam et dicere potest: *Qui dilexit me...*, et quia me dilexit, tradidit semetipsum pro me.

Singulum quemque pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Singulis tantum prodest, quantum omnibus; pro uno solo redimendum paratus erat mori. Gratias ergo sic agere debeo ac si pro solo mortuus esset. Se totum mihi dedit; totum itaque et plus quam totum ipsi me debeo; quid enim ego?

VERS. 21. — NON ABJICIO GRATIAM DEI... In hoc ultimo versu nova ratio continetur. Christus enim idem mortuus est, ut nos morte sua redimeret, justitiamque nobis mereretur. Si autem ex lege justificari poteramus: ergo supervacanea est mors Christi; quis autem credat Christum tot et tanta passum frustra? Hoc qui credit, Dei gratiam abjicit. *Non abjicio gratiam Dei.* Si gratiam Dei spernit et abjicit qui justificationem querit in lege, eandem gratiam magis spernere et acceleratius abjicere videtur ille, qui post Baptismum, seu post penitentiam peccato sordidatur. Itaque de peccatoribus relapsis merito dici potest: *O insensati, etc.*

Synopsis disputationum D. Hieronymi et D. Augustini in hoc caput.

Præcedentis capitis explicatio multiplicem suscitavit inter D. Hieronymum et D. Augustinum litem et acrem disputationem, ut patet ex eorum epistolis; D. Hieron., epist. 86 et seq. usque ad 97, et D. August., epist. 8 usque ad 19, tom. 2 operum D. Augustini.

Primo disputarunt de legalibus ipsis, nimirum

in Christum Filium Dei. *Justus enim ex fide vivit, Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.* Nota me et pro me, non nos, vel pro nobis; ita enim loquitur ex vehementi, et deliciis amoris, quia pro omnibus judicabat se peccatis obnoxium, ac mortis Christi reum. Semetipsum in mortem tradidit, ut se à morte redimeret ac vitæ restitueret. Christus se totum dat tibi, tu te totum da, imò reddo Christo.

VERS. 21. — NON ABJICIO GRATIAM DEI GRÆCÆ, NON REJICIO, REPELLO, ASPERNOR GRATIAM DEI. Ambros.: Non sum ingratus gratiæ Dei. August. legit: *Non irritum facio gratiam Dei,* uti faciunt illi qui volunt statueri legem et justitiam ex lege, ait Hieron. dicit ergo Apostolus, tanto affectus beneficio à Christo Filio Dei: Non sum tam ingratus, ut gratiam Dei per Christum nulli oblatam atque impensam repudiarem; q. d. Absti à me tam detestabilis ingratiudo, in quam utique incurrerem si à lege justitiam expectarem.

Si enim per legem justitiam, ergo gratis Christus mortuus est. Gratis, id est, frustra et absque necessitate. Frustra enim passus est, si sine ejus passione redimi et justificari potuit homo, quia mortuus est Christus ad justitiam suæ mortis pretio nobis comparandam. Hoc autem pretium frustra dedit, frustra impendit, si ex lege eandem justitiam habere poteramus; q. d.: Nemo tam vecors est ut dicat Christum frustra tot et tanta passum, ac mortuum: atqui hæc omnia passus, et mortuus est pro justitiâ nobis promerenda; ergo hæc justitiâ non contingit nobis à Moyse, sed à Christo; non ex lege, sed ex fide.

quod cessaverit lex vetus et legalia præcepta. D. Hieronymus duo distinguit tempora: unum ante passionem Christi, et tunc vita erant legalia, inquit; aliud post passionem, et tunc mortua erant et mortifera. D. Augustinus tria distinguit tempora: ante Christi passionem unum, et tunc erant vita legalia; aliud post passionem, sed ante promulgatam gratiam, et tunc erant quidem mortua; tertium post gratiam promulgatam, et tunc fuerunt et mortifera. In hoc verior videtur D. Augustini sententia: lex enim vetus obligare cessavit in Pentecoste, ubi promulgata fuit lex nova; non tamen ita cessavit quin ad tempus servari posset, donec Judæi paulatim et suaviter ab eâ abducerentur. Ratio autem cur Judæi non fuerint à legalium observantiâ statim prohibiti, fuit ne viderentur legalia mala fuisse, sicut idololatria; et ne viderentur Judæi pari gressu cum idololatriis ambulasse. Mater synagoga cum honore fuit ad tumulum deducenda, ait Augustinus. Secundo, disputarunt de legalium observatione ab apostolis; non illi legalia verè servaverint. D. Hieronymus, quia putavit legalia post passionem mortifera, hinc creditit apostolos ea non servasse, sed simulasse ne scandalum facerent Judæis conversis et legem adhuc servantibus. D. Augustinus e contra quia legalia tunc inutilia quidem credit, sed nondum mortifera, dicebat quod apostoli verè servaverint illa, sed in eis nullam spem reposerunt, utpote quæ sciebant ad salutem inefficacia.

Tertio, disputarunt de facto Petri, an peccaverit? D. Hieronymus dicit Petrum in sua simulatione non peccasse, quia ex charitate simulabat, non ex aliquo timore mundano. D. Augustinus asserit quod venialiter peccaverit, propter indiscretionem; quippe Judæis nimis adherendo, scandalum dedit gentibus, ut se-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Dei minister ab exemplo S. Pauli discat nihil in suo ministerio negligendum, nihilque omittendum, quod possit opus Dei promovere; sed omnia salutis animarum obstacula sollicitè submovenda. Vide in commentario, v. 1, 2. Ab ejusdem exemplo discat generositatem, quâ veritatem evangelicam propugnare debet, v. 5; ibidem discat et prudentiam.

2° Omnis Christianus ab eodem Apostolo discat quid in prælati et superioribus ecclesiasticis considerare non debeat, scilicet quid aliquando fuerint; et quid debeat considerare, nimirum quod in Ecclesia sunt Dei ministri, Christi, summi pontificis, vicarii, Ecclesie columnæ, v. 6.

3° Prælati ita miretur suam Dei in hominum salute procurandâ providentiam, ut et illam imitent, suavi et prudenti charitate suos gubernans subditos, v. 9. Ibidem et ab apostolis discat concordiam amare et quærere, v. 9. Observet et charitatem in pauperes, apostolice muneri essentialiam esse, v. 10. A facto Petri, Judæos, et ipsam Barnabam, Pauli comitem, ad simulationem inducente, animadvertat malo prælati exem-

plum judaizarent, et crederent Judaismum ad salutem necessarium.

Quarto disputarunt de Pauli reprehensione, an vera fuerit, an simulatoria? D. Hieronymus vult simulatoriam fuisse, sicut Petri simulatoria fuit observantia legalium. D. Augustinus dicit Paulum verè reprehendisse, et Petrum verè servasse legalia. Communiter creditur D. Augustinum propiis ad mentem D. Pauli accessisse; qui dicit Petrum non rectè ambulasse, et idè fuisse reprehensibilem, suo reprehensione dignum; et reverè hæc interpretatio probabilior est, et eam secuti sumus in paraphrasi et in commentario.

Lecti tamen et observati dignissima D. Joannis Chrysostomi interpretatio de simulatoriâ Petri judicatione, et simulatoriâ Pauli reprehensione. D. enim Chrysostomus idem senserat ac divus Hieronymus, et post eos Theophylactus et Baronius. In hac opinione Petrus simulavit judaismum, ut simulatâ Pauli reprehensione, omnes Judæos à judaismo retraheret; ita ut hæc omnia ex compositio utriusque consensu gesta fuerint. Huic opinioni favet textus Græcus *κατὰ ἰσχυροῦς, secundum faciem,* id est, in speciem, ait D. Chrysostomus; favet et quod v. 15 dicitur: *Coesimulabant,* id est, ait Chrysostomus, et simulaverunt cum eo ceteri Judæi.

Nec dici debet quod hoc faveat mendacio: est enim stratagemata potius quam mendacium, ait Cornelius à Lapide. Facta potius et facilius excusantur à mendacio quam verba. Fuisset quidem mendacium, si Petrus judaismum exterius simulasset, quem interius in corde detestaretur; sed hoc non docuit D. Joannes Chrysostomus, nec D. Hieronymus, ait idem Cornelius. Hinc idem Cornelius putat quod in questione de simulatione et mendacio, non sese invicem satis intellexerint D. Hieronymus et D. Augustinus.

4° Dei minister ab exemplo S. Pauli discat nihil in suo ministerio negligendum, nihilque omittendum, quod possit opus Dei promovere; sed omnia salutis animarum obstacula sollicitè submovenda. Vide in commentario, v. 1, 2. Ab ejusdem exemplo discat generositatem, quâ veritatem evangelicam propugnare debet, v. 5; ibidem discat et prudentiam.

5° Omnis Christianus ex verbis 17, 18, 19, discat et certissime credat Jesum Christum nostræ salutis auctorem esse. Hoc lex ipsa docet, ad Christum, quasi ad scopum suum, collimans, et manducans. Hoc Deus ipse, legis auctor, confirmavit per infinita prodigia, in hujus veritatis testimonium patrata. Videantur motiva credibilitatis christianæ fidei. Christiano itaque in Christum credenti, et ab eo salutem speranti, nihil timendum, quippe Deus ipse nostræ salutis est vas et sponsor, cui in die iudicii confidetur cum Richardo à Sancto Victore, poterimus dicere: Tot et tantis signis, et tam miris prodigiis, quæ non nisi per te fieri possunt, confirmasti doctrinam tuam, ut nobis timendum non sit in die iudicii; nonne enim cum omni fiducia Deo dicere poterimus: Domine, si error est, si te ipso decepti sumus?

6° Idem Christianus ex verbis 19 et 20, discat quod Christus, præsertim in crucis pendens, sit salu-

tis auctor; quia ibi victima, peccatorum nostrorum purgationem faciens in sanguine suo. Ponderet itaque dicta v. 20: *Qui dilexit me, quis dilexit?* quem dilexit? *Etradidit semetipsum pro me.* Singulum quemque pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Vide commentarium.

6° Ibidem et Christianus discat modum quo fiat hujus victimæ salutaris particeps, nempe si unâ cum Christo crucifigaris. Primò, per Baptismum quidem, quo credentes fiunt membrum Christi, et unum cum illo corpus, illiusque spiritu sanctificantur et animantur; secundò, per Sacramentum etiam Pœnitentiæ,

CAPUT III.

1. O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?

2. Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

3. Sic stulti estis, ut cum Spiritu ceperitis, nunc carne consummementi?

4. Tanta passi estis sine causâ? si tamen sine causâ.

5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

6. Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

7. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahamæ.

8. Providens autem Scriptura quia ex fide justificat gentes Deus, prænuñtiavit Abrahamæ: Quia benedictor in te omnes gentes.

9. Igitur qui ex fide sunt, benedictur cum fidei Abraham.

10. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt; scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

11. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia justus ex fide vivit.

12. Lex autem non est ex fide; sed qui fecerit ea, vivet in illis.

13. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno;

14. Ut in gentibus benedictio Abrahamæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus acciperemus per fidem.

15. Fratres (secundum hominem dico), tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

16. Abrahamæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus; non dicit: Et seminibus, quasi in multis; sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus.

17. Hoc autem dico: Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.

18. Nam si ex lege hereditas Jera, non ex promis-

quo fideles in Christi sanguine lavantur à peccatis post Baptismum commissis; tertio, per frequentes actus fidei, per charitatem operantis, quâ tu te Christo pro te patienti uniaris, compatiaris, illum tu tibi proprium reddas, ipsiusque mortem facias tuam, quam corde contrito pro tuis peccatis offeras Deo. Respice, ô Deus, in faciem Christi tui pro me patientis, pro me morientis, pro me in cruce, cum lacrymis et clamore valido deprecantis; et propter hunc unigenitum, dilectumque Filium tuum, Redemptorem meum, parce miserimo peccatori sua peccata delenti, de testanti, horrenti.

CHAPITRE III.

1. O Galates insensés ! qui vous a ensorcelés pour vous rendre ainsi rebelles à la vérité, après que je vous ai fait voir Jésus-Christ si vivement dépeint devant vous, et comme crucifié à vos yeux ?

2. Je ne veux savoir de vous qu'une seule chose : Est-ce par les œuvres de la loi que vous avez reçu le Saint-Esprit, ou par la loi que vous avez entendu prêcher ?

3. Êtes-vous si insensés qu'après avoir commencé par l'Esprit, vous finissiez maintenant par la chair ?

4. Sera-ce donc en vain que vous aurez tant souffert ? Je veux espérer que ce ne sera pas en vain.

5. Car enfin celui qui vous communique son Esprit, et qui fait des miracles parmi vous, le fait-il par les œuvres de la loi ou par la loi que vous avez entendu prêcher ?

6. Selon qu'il est écrit d'Abraham, qu'il crut que Dieu lui avait dit, et que sa foi lui fut imputée à justice.

7. Reconnaissez donc que ceux qui sont enfants de la foi sont les vrais enfants d'Abraham ;

8. Aussi Dieu, dans l'Écriture, prévoyant qu'il justifierait les nations par la foi, l'a annoncé par avance à Abraham en lui disant : Toutes les nations de la terre seront bénies en vous.

9. Ceux donc qui sont enfants de la foi seront bénis avec le fidele Abraham ;

10. Au lieu que tous ceux qui s'appuient sur les œuvres de la loi, sont dans la malediction. Car il est écrit : Malediction sur tous ceux qui n'observent pas tout ce qui est prescrit dans le livre de la loi.

11. Cependant il est clair que nul n'est justifié devant Dieu par la loi, puisque le juste vit de la foi.

12. Or la loi ne s'appuie pas sur la foi, mais celui qui observera ces préceptes y trouvera la vie.

13. Mais Jésus-Christ nous a rachetés de la malediction de la loi, s'étant rendu lui-même malediction pour nous, selon qu'il est écrit : Maudit est celui qui est pendu au bois ;

14. Afin que la benédiction donnée à Abraham fut communiquée à toutes les nations en Jésus-Christ, et qu'ainsi nous recussions, par la foi, le Saint-Esprit qui avait été promis.

15. Mes frères, je me servirai de l'exemple d'une chose humaine et ordinaire : Lorsqu'un homme a fait un contrat en bonne forme, personne ne peut ni le casser, ni y ajouter.

16. Or, les promesses de Dieu ont été faites à Abraham et à sa race; l'Écriture ne dit pas: À ceux de sa race, comme si elle en eût voulu marquer plusieurs; mais: À sa race, c'est-à-dire, à l'un de sa race, qui est Jésus-Christ.

17. Ce que je veux donc dire est que Dieu ayant fait une alliance, et l'ayant confirmée, la loi qui n'a été donnée que quatre cent trente ans après n'a pu la rendre nulle, ni anéantir la promesse.

18. Car si c'est par la loi que l'héritage nous est

sione; Abrahamæ autem per reprobationem donavit Deus.

19. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.

20. Mediator autem unus non est; Deus autem unus est.

21. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vividicare, verè ex lege esset justitia.

22. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.

23. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ revelanda erat.

24. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.

25. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogico.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem quæ est in Christo Jesu.

27. Quemque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28. Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina: Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

29. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahamæ estis, secundum promissionem hæredes.

ANALYSIS.

In hoc tercio argumento quartum inseruit, conglobat enim rationes. Quartum ergo petitur ab auctoritate Habacuc. Justus ex fide vivit, ait propheta. Lex non dat fidem; non dat ergo justitiam, anime vitam; ad summum dabat corporalis vite conservationem, v. 11, 12.

Quintum petitur à testamento Dei facto Abraham, v. 15. Testamentum hominis ritè factum nemo interit, aut immutat; à fortiori nec Dei testamentum immutabitur, atque Deus testamentum fecit Abraham; promisit enim ei quòd per Filium ejus, nempe Christum, omnes gentes benedicentur, et æternam possent hereditatem obtinere; hoc ergo testamentum stabit, nec lex post 430 annos superveniens illud immutabit; ergo per Christum, Abraham filium, seu per fidem in Christum, est benedictio, justificatio et hæreditatis possessio, v. 16, 17, 18.

Ex omnibus hucusque dictis restat concludendum nos per Christum, seu per fidem in Christum justificari, non per legem.

In reliquo capite quasdam solvit objectiones, quibus ita respondet, ut et breviter ostendat promissionis et legis discrimina, promissionisque supra legem excellentias, quas videt in commentario, v. 19, 20, 21, et in paraphrasi, ibidem.

Denique hoc caput concludit pulchrè legem cum pædagogico comparatione. Pædagogus pueris datur ad tempus; ita et lex Judæis data est ad tempus, quasi pædagogum, qui duccret ad Christum; cum ergo adveniret

donné, ce n'est donc plus par la promesse; cependant c'est par la promesse que Dieu l'a donné à Abraham.

19. Pourquoi donc la loi? Elle a été établie pour faire reconnaître les transgressions jusqu'à l'avènement de ce fils d'Abraham auquel la promesse avait été faite. Cette loi a été donnée par le ministère des anges, et par l'entremise d'un médiateur.

20. Or, un médiateur n'est pas d'un seul, mais Dieu est seul.

21. La loi aurait donc été contraire aux promesses de Dieu? Nullément; car si la loi qui a été donnée avait pu procurer la vie, on aurait pu dire véritablement que la justice se serait obtenue par la loi.

22. Mais l'Écriture a renfermé tous les hommes sous le péché, afin que ce que Dieu avait promis fût donné par la foi en Jésus-Christ à ceux qui croiraient.

23. Or, avant que la foi fût venue, nous étions sous la garde de la loi, qui nous tenait enfermés, pour nous disposer à cette foi qui devait être révélée.

24. Et ainsi la loi nous a servi de conducteur pour nous mener comme des enfants à Jésus-Christ, afin que nous fusions justifiés par la foi.

25. Mais la loi étant venue, nous ne sommes plus sous un conducteur comme des enfants;

26. Puisque vous êtes tous enfants de Dieu, par la foi en Jésus-Christ.

27. Car vous tous qui avez été baptisés en Jésus-Christ, vous avez été revêtus de Jésus-Christ.

28. Il n'y a plus ni Juif, ni gentil; plus d'esclave ni de libre; plus d'homme ni de femme; mais vous n'êtes tous qu'un en Jésus-Christ.

29. Si vous êtes de Jésus-Christ, vous êtes donc de la race d'Abraham, et les héritiers selon la promesse.